

dicuntur dii, sive in caelo sive in terra, quemadmodum sunt dii multi et domini multi, sed nobis unus deus, pater, ex quo omnia, et nos in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum, cui confitemur, QUONIAM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS.

IN PSALMUM CXXXVI

Sermo habitus Uticae paucis diebus post en. 64 et 138

(1.) Oblitos vos esse non arbitror commendasse nos vobis, mi 1761
 immo commemorasse vos, quod omnis eruditus in sancta ecclesia cc 1964
 nosse debet, unde cives simus, et ubi peregrinemur, et peregrina-
 tionis nostrae causam esse peccatum, reversionis autem munus
 remissionem peccatorum et iustificationem gratiae dei. Duas civi- 5
 tates permixtas sibi esse interim corpore, et corde separatas curre-
 re per ista volumina saeculorum usque in finem audistis et nostis:
 unam cui finis est pax aeterna, et vocatur Ierusalem, alteram cui
 gaudium est pax temporalis, et vocatur Babylonia. Interpretatio-
 nes etiam nominum, si non fallor, tenetis: Ierusalem interpretari 10

In ps. CXXXVI, 1, 5–9 duas ... Babylonia] cf. en. 64, 2, 14–18

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) ε : ε_1 ($N An_4$) P_3 γ : β ($P_4 P_5$) $B K$ (*exc.*) C ζ : $P_6 T$; P_{23} ; *lectiones selectae*: α_2 ($F F_2 H_1^2$) $Br_1 D X Y C^2 w$ || 35 quoniam *inc.* K 36 eius *des.* K

In ps. CXXXVI, 1, 1 oblitos *inc.* K 1, 9 Babylonia *des.* K 10 Ierusalem *inc.* K

33 multi¹] ita *add.* δ | unus] est *praem.* δ ; est *add.* $\alpha \varepsilon \zeta P_{23}$ *ma* 34 ipso δ B
 et¹ ... ipsum *om.* B 35 confitebimur B

In ps. CXXXVI *Titulus*: cf. Praef. p. 8 et 19 1, 1 oblitas δ | vos *om.* B
 arbitror] dilectissimi *add.* β 3 sumus $\pi \varepsilon$ | ubi] unde $\pi \zeta w$ 5 iustificatio-
 num δ 6 sibi] esse *add.* β 8 una B 9 interpretationes ... 12 Babylonia
om. B 10 etiam *om.* π | interpretatur $P_4 K C$ (*ac.*)

- ‘visionem pacis’, Babyloniam ‘confusionem’. Ierusalem in Babylonia captiva tenebatur non tota: cives enim eius et angeli sunt; sed quod attinet ad homines praedestinos in gloriam dei, futuros per adoptionem coheredes Christi, quos de ipsa captivitate
- 15 redemit sanguine suo – particulam ergo istam civitatis Ierusalem captivam teneri in Babylonia pro peccato, incipere autem exire prius corde per confessionem iniquitatis et caritatem iustitiae, deinde postea in fine saeculi etiam corpore separandam, hoc commendavimus in eo psalmo quem primo hic cum vestra dilectione
- 20 tractavimus, qui incipit ita: *Te decet hymnus, deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Ierusalem*. Hodierna autem die cantavimus: *v. 1*
SUPER FLUMINA BABYLONIS, IBI SEDIMUS ET FLEVIMUS, DUM RECORDAREMUR SION. Videte quia in illo dictum est: *Te decet hymnus, deus, in Sion*, hic autem: **SUPER FLUMINA BABYLONIS, IBI**
- 25 **SEDIMUS ET FLEVIMUS, CUM RECORDAREMUR SION**, illam Sion, ubi decet hymnus deum.

12 cives ... sunt] *cf.* en. 90, 2, 1, 42 ibi sunt et angeli cives nostri; sed quia nos peregrinamur, laboramus; illi autem in civitate exspectant adventum nostrum; 146, 4, 21 est Ierusalem aeterna in caelis, ubi cives etiam angeli sunt 18sq. commendavimus] *cf.* en. 64, 2 20sq. Ps. 64, 2

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) ε : ε_1 ($N An_4$) P_3 γ : β ($P_4 P_5$) $B K$ (*exc.*) C ζ : $P_6 T$; P_{23} ; *lectiones selectae*: α_2 ($F F_2 H_1^2$) $Br_1 D X Y C^2 w$ || 12 sunt *des. K* 15 particulam *inc. K* 19 psalmo *des. K* 20 qui *inc. K* 23 sion *des. K* 25 illam *inc. K*

11 visio A (*ac.*) P_4 (*pc.*) K | Babylonia β (*pc. P_4*) C (*ac.?*) $P_{23} Y$; Babylonia K Babyloniam $V_2 N P_3$ 12 tenetur P_4 (*pc.*) ζ P_{23} | et (*cf. supra app. fontium ad loc.*) *om.* $\pi \varepsilon P_6 P_{23}$ 13 gloria ε 15 civitatem $\pi N P_3$ 16 captiva B | Babyloniam $\pi P_3 \beta K$ | exire] *inde *praem.* $\gamma P_{23} Y$ 18 separandum δ | hoc β ; *om. ma cett.* 19 dignatione $B C P_{23}$ 20 ita incipit *tr.* P_{23} *lo ma* 21 redditur $B K$ | hodierno $\delta N P_3 \zeta$ | autem *om. B* | decantavimus *lo ma* 22 ibi] illic $C w$ | flebimus βB | cum γ (*exc. C*) 23 recordaremur] tui *add.* $\delta \zeta$ | est *om. \delta* 26 dicit B (*uv.*) K | *deo β

(2.) Quae sunt flumina ergo Babylonis, et quid est nostrum
 sedere et flere in recordatione Sion? Si enim cives inde sumus, mi 1762
 non tantum hoc cantamus, sed et agimus. Si cives sumus de Ieru-
 salem, id est de Sion, et in ista vita, in ista confusione saeculi
 huius, in ista Babylonia non cives habitamus, sed captivi detine- 5
 mur, oportet ut non tantum ista cantemus, sed et faciamus affec-
 tu cordis pio, religioso desiderio aeternae civitatis. Habet et haec
 civitas, quae Babylonia dicitur, amatores suos consulentes paci
 temporali et nihil ultra sperantes totumque gaudium suum ibi
 figentes, ibi finientes, et videmus eos pro republica terrena pluri- 10
 mum laborare, sed et in ea quicumque fideliter versantur, si non
 ibi appetant superbiae typhum et perituram elationem odiosam-
 que iactantiam, sed veram fidem exhibeant, quam possunt, quam-
 diu possunt, quibus possunt, ad quantum vident terrena, et ad
 quantum intellegunt speciem civitatis, non eos sinit deus perire 15
 in Babylonia. Praedestinavit enim eos cives Ierusalem. Intellegit
 captivitatem eorum deus, ostendit illis aliam civitatem, cui vere
 debeant suspirare, pro qua debeant cuncta conari, ad quam capes-
 sendam debeant cives suos secum peregrinos, quantum valuerint,
 adhortari. Propterea dicit dominus Iesus Christus: *Qui in modico* 20

2, 20-22 Luc. 16, 10. 12

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) ε : ε_1 ($N An_4$) P_3 γ : β ($P_4 P_5$) $B K$ (*exc.*) C ζ : $P_6 T$; P_{23} ; *lectiones selectae*: α_2 ($F F_2 H_1^2$) $Br_1 D X Y C^2 w$ || 2, 3 agimus *des.* K 7 habet *inc.* K 10 figentes *des.* K

2, 1 ergo flumina *tr.* $An_4 \gamma \zeta P_{23} Y ma$ 4 in ista vita *om.* πP_3 6 decante-
 mus *lo ma* 7 habet ... civitas *om.* π 8 consulens $\pi \varepsilon P_6$ | pace $\pi \varepsilon P_6$
 9 suum *om.* π 10 ibi finientes *om.* π 11 laborantes $\pi \varepsilon \zeta$ | et in] etiam B ;
 et *om.* $\varepsilon \beta$ 12 superbiae typhum *scripsi*; superbiae typhum P_4 ; superbiae P_5 ;
 superbiam *ma cett.* 13 sed] si π | vere γ | qua $V_2 \varepsilon$ 16 intellegit] enim
add. ζP_{23} 17 ostendit] et *praem.* $\varepsilon \gamma \zeta P_{23} Y ma$ | aliam] *Hierusalem β
 18 cuncti πP_3 20 dicit *om.* $\pi \zeta$ | modico] inquit *add.* ζ

fidelis est, et in magno fidelis est, et rursus dicit: Si in alieno fideles non fuistis, vestrum quis dabit vobis?

- (3.) Tamen, carissimi, attendite flumina Babylonis. Flumina Babylonis sunt omnia quae hic amantur et transeunt. Nescio quis amavit, verbi gratia, agriculturam ipsam exercere, inde ditescere, ibi occupare animum, inde percipere voluptatem: attendat
 5 exitum, et videat illud quod amavit non esse fundamentum Ierusalem, sed fluvium Babylonis. Alius dixit: ‘Magna res militare; omnes agricolae formidant eos qui militant, obsequuntur eis, tremunt eos; si fuero agricola, timebo militarem; si fuero militaris, timebor ab agricola’. O insane, in alium te Babylonis fluvium
 10 praecipitasti, et eum turbulentiorem et rapaciorem. Timeri vis a minore? Time maiorem. Potest te ipso maior fieri subito qui te timet; numquam autem erit minor quem debes timere. ‘Advocatum esse, inquit, magna res est, potentissima eloquentia, in omnibus habere susceptos pendentes ex lingua disertis patroni sui, et ex
 15 eius ore sperantes vel damna vel lucra vel mortem vel vitam vel perniciem vel salutem’. Nescis quo te miseris: alius et iste fluvius Babylonis est, et quod multum sonat strepitus aquae, saxa percu-

3, 3–23 cf. Hor., sat. 1, 1, 6sqq.

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) ε : ε_1 ($N An_4$) P_3 γ : β ($P_4 P_5$) $B K$ (*exc.*) C ζ : $P_6 T$; P_{23} ; *lectiones selectae*: α_2 ($F F_2 H_1^2$) $Br_1 D X Y C^2 w$ || 3, 1 carissimi *inc.* K 3 ditescere *des.* K 4 attendat *inc.* K 14 sui *des.* K 16 nescis *inc.* K

21 est¹] inquit *add.* H_1^2 | rursus $X Y lo ma$

3, 1 flumina Babylonis *om.* B 3 gratiam π | discere π (*exc.* α_2) 6 res] est *add.* P_4 (*pc.*) $K T C^2 ma$ 7 trement γ (*exc.* C) 8 militem α 9 fluvium Babylonis *tr.* $\pi \varepsilon \zeta$ 10 et eum *om.* εP_6 ; *exp.* C^2 | et¹ ... rapaciorem *om.* π timeri] et cum tu *praem.* $\pi \varepsilon P_6 C^2$ 11 potest te ipso ε (*pc.* N) P_5 (*pc.*) C (*pc.*) ζP_{23} ; potestate ipso N (*ac.*) γ (*exc.* B ; *ac.*? C) Y ; potestatem ipso δB ; potest autem ipse α ; potest tamen ipse α_2 ; potestatem te ipso lo 13 inquit esse *tr.* $\pi \varepsilon \zeta$ 14 deserti C 16 et] est β ; *om.* K 17 est *om.* β | saxa ... labitur] in saxa adtende quia labitur percutit adtende quia fluit π ; in saxa adtende quia labitur percutit adtende quia fluit adtende quia labitur $An_4 P_3 P_6$; in saxa adtende quia fluit adtende quia labitur N

tit, attende quia fluit, attende quia labitur. Et si attendis quia fluit et labitur, cave quia trahit. 'Navigare, inquit alius, et negotiari magnum est: scire multas provincias, lucra undique capere, non esse obnoxium in civitate alicui potenti, semper peregrinari, et diversitate notionum animum pascere, et augmentis lucrorum divitem remeare'. Fluvius est et iste Babylonis. Lucra tua quando stabunt? Quando praesumpturus, quando securus eris ex his quae acquiris? Quanto eris ditior, tanto timidior. Uno naufragio nudus exhibis, et recte te planges in flumine Babylonis, quia noluisti sedere et flere super flumina Babylonis.

(4.) Alii cives sanctae Ierusalem intellegentes captivitatem suam, attendunt humana vota et diversas hominum cupiditates hac atque illac rapientes, trahentes, impellentes in mari, vident haec et non se mittunt in flumina Babylonis, sed sedent super flumina Babylonis, et flent super flumina Babylonis vel illos qui rapiuntur vel seipsos qui in Babylonia esse meruerunt, sedentes tamen, hoc est humiliati. SUPER FLUMINA ergo BABYLONIS, IBI SEDIMUS ET FLEVIMUS, CUM RECORDAREMUR SION. O sancta Sion, ubi totum stat et nihil fluit! quis nos in ista praecipitavit? Quare dimisimus conditorem tuum et societatem tuam? Ecce inter fluentia et labentia constituti, vix ita sedemus ut non rapiamur. Undique enim flumina Babylonis tamquam torrentia

π : α (V_2 Mc_1) δ (A H_1) ε : ε_1 (N An_4) P_3 γ : β (P_4 P_5) B K (*exc.*) C ζ : P_6 T ; P_{23} ; *lectiones selectae*: α_2 (F F_2 H_1^2) Br_1 D X Y C^2 w || 18 labitur *des. K* 19 et¹ *inc. K* 20 est *des. K* 23 fluvius *inc. K* | Babylonis *des. K* 25 quanto *inc. K* 4, 2 cupiditates *des. K* 4 non *inc. K* 9 fluit *des. K*

19 negotiare ε 22 notionum δ P_3 ; notitiarum B (*wv.*); nationum ε γ ζ P_{23} Y ; negotiationum V_2 ; negotiorum α_2 ; negotiorum et nationum *lo ma* | animam γ P_{23} Y 25 quanto] quando P_3 C ; enim *add. \varepsilon K P_{23} Y* 26 existi π ε ζ | te *om. \gamma* (*exc. P_4*) P_{23} | planges β B ζ P_{23} Y C^2 *ma*; -is *cett.* | flumina C P_{23} Y 4, 1 alii] ergo *add. \varepsilon \gamma \zeta P_{23} Y ma* 3 trahentes] et *praem. \beta* | mare P_3 γ P_6 P_{23} $Y ma$ 4 sed] et B ; *om. K* 5 super flumina Babylonis *om. \pi P_3* 7 humilitate π (*exc. V_2*) w ; humilitate humiliati ε_1 8 dum δ ζ | o *om. B C* (*ac.*) 9 istam B 11 vix ... 13 tollunt β ; *om. ma cett.* 12 torrentia *conieci*; terrentia β